









1729.

1. He, Fredericus Augustus: De usu attestatorum et defensione inquisiti.
2. Koch, Johanne Georgio: De advocatis eorumque salario in propria causa a iudicis exigendo.
3. Lehmann, Joh. Christianum: De vera ac reali acquisitione simultanea investiturae in Lusatia inferiori.
4. Melstor, Carolus Fredericus Ignatius: De iustitiam legibus specialibus et benignioribus.
5. Pre, Jo. Fredericus, de: De febris tertiana intermit. Texte.
6. Reinhardt, Fb. Jaco: De possessione et onere probationis non relevante.
7. Reinhardt, Fb. Jaco: De eo, quod iuramentum circa condemnacionem ejus, qui nondum confessus, maxime

in criminalibus.

8. Reinhardt, Fob. Luc.: De dividio acquæstus  
conjugalis uxoris in malcan dicitur competente
9. Reinhardt, Fob. Luc.: De uxoria pravitate  
tam vera et palliata, quam putativa rive  
imaginerii.
10. Strecker, Comm. With.: De repudiâione hereditates  
defferendæ, ac speciatim Saxonice, quod res  
uxoris mobiles, a deuctorè, modo creditorum  
concursum, facta, non valida
11. Strecker, Comm. With.: De dominio, sine hereditate  
judiciali, jure Saxonice, transferendo.
12. Streit, Dr. Philippus; Facult. jur. decaus l. b. s.  
(ad dyptalioem Antea Schæmerii invitat).

13. Streit, Dr. Philippus, Facult. juridicæ Decanus :

p. b. o. (ad disputationem in reg. Valerii Traugott

Hausdorff's invitata).

14. Tengelinus, Ernestus : De eo, quod iustum est circa  
blasphemiam.

15. Tengell, Ernestus, Collegii juridici . . . Decanus . . .

invitat ad lecturam curs. et. dis. in reg. . . .

Joh. Wolke Helmerdo . . . habendas.

16. Tengell, Ernestus, Facult. juridicæ . . . Decanus

— proævia invitatione ad lect. curs. . . .

et dis. in reg. . . . a Frederico Augusto Sæc.

. . . habendas . . . inserit.

17. Tengelinus, Ernestus : De restricta libertate dispo-

sitione in pecunia testica.

18. Tengell, Director, Facult. juridicae . . . Decanus  
ad lect. curs . . . hacque finita Dissertationem  
inanguralem . . . a Joh. Theophrast Kirstenois  
habendas . . . invitat.

19. Tengell, Director, Fac. juridicae . . . Decanus :  
. . . ad lect. curs . . . hacque finita Dissertationem  
inang. . . a Dr. Johanne Georgio Kochio . . . ha-  
bendas . . . invitat.

20. Tengell, Director, Facult. juridicae . . . Decanus : . . .  
ad lect. curs . . . hacque finita Dissertationem  
inang. . . a Dr. Joh. Christiano Lehmanno  
. . . habendas . . . invitat.

21. Tengell, Director, Facult. juridicae . . . Decanus : . . .  
pultores . . . programme lect. benevol. certioribus  
facit de lect. curs . . . et hac finita Diss. inanguralem



1724.

- ... Dr. Abrah. Goldp. Lischwitzio . . . habendis
22. Tengell, Innotas: De lesionibus in contractibus emptionis  
et venditionis jure naturali plane prohibita, jure  
Civili autem quodammodo permitta.
23. Tengell, Innotas, Facult. juridice . . . Decanus . . .  
et lect. cursoriam . . . hancque finit Dr. inaugu-  
rationem . . . a Dr. Christiano Will. Lochero . . .  
habendis . . . invitat.
24. Tengell, Innotas formalis: Nominatissime in mag.  
magistros postarum tenens: ex receptis actione  
. . . demonstrandum habuit . . .
25. Tengell, Innotas: De eo, quod justum est circa dona-  
tiones a principe in filios familias maxime cul-  
tatas.

26. Tengell, Ernestus, Facult. juris'dicæ . . . Decanus  
et lect. curs. . . hucque finita dissi. inaug. . . a  
Joh. Carolo Willemannus . . . habendas . . . invitat.

27. Tengellius, Ernestus: De jure protimiseo, simul  
hanc investitiis part. literas reversales de libro  
sentent. alienandi facultate datus competente

28. Tengell, Ernestus; Collegii juris'dicæ . . . Decanus  
et lectio nem cursoriam . . . et dissert. inauguralis,  
a Carol. Guell. Wulffio . . . habendas invitat.

1728.

1. Fischerus, Joh. Andreas: De discrepantibus senten-  
tiarum, potissimum presentis seculi, sententiis  
theoretico-practicis.

2. Heilmann, Elias Fidorius: De austregis conventio-  
nalibus generatiorum nobilitatis immediatae  
dive von des Geschlechts-Erkennen

3. Tengeli, Emerlus, Decanus Facult. juridicae . . .  
invitat ad audendam lect. cursoriam . . . haecque  
fuita dissertationem inang. . . a Dr. Joh. Friderico  
Hertmann habuitas.

4. Koch, Georg Hieronymus : De cautione de non  
turbando.

5. Meier, Joh. Henricus, Facult. juridicae Decanus  
lectori benemerito s. et. o. (ad dissertationem inang.  
Friderici August. Schneideri invitata).

6. Meier, Joh. Henricus, Facult. juridicae . . . Decanus  
lectori benemerito s. et. o. (ad dissertationem inang.

Christiani Gottlobi Petermanni i. jur. Lat. Dissertationem  
6. Meier, Joh. Henricus; Traj. jur. Decanus; 1703 anno, Dissertationem  
inang. Augusti Henrici; Wundtortliche Prose und Verse.

7. Meier, Johannes Henricus : Productionem Documentorum  
in iudicio . . . publicae censurae submittit.

8. Meier, Joh. Henricus: *Dissertatio inang. juridica*,  
sive commentationes in parte notalia illustrandi  
86. quorundam consuetum de Schönbürg
9. Reinhardt, Tobias Tac.: *Dissertatio inang. juridica*  
sive de feminarum Saxoniarum curam negotia absque  
curatoribus valida.
10. Reinhardt, Tobias Tac.: *Dissertatio inang. juridica*  
sive de geminis curae sexus et aetatis differe- 15  
rentiis cum usu practico ..
11. Reinhardt, Tobias Tac.: *De eo, quod circa dissen-* 16  
sionem plurium patronorum in praesentatione  
parochi iustum est.
12. Tengel, Ernestus Hermannus: *De dominiis principis*  
per inalienabilibus
13. Tengelius, Ernestus, Facult. juridicae decanus:  
Programma inaugurale praemissumlectioni carnis  
11ae ... et Dissertationi inang. ... a Candidato Joh.  
Friedrico Hase ... habentis.

1728.

14. Haussdorff, Berol. Theodorus; Facult. juris Bero-  
licae Decanus; praevia invitatione ad lect.  
Curs. . . et Dissertationem inaug. . . a. Berol.

Theodorus Haussdorff. . . habundans . . . dis-  
ert.

15. Tengell, Ernestus: De legibus praevia rusticarum  
provinciae Saxonicae.


16. Tengell, Ernestus, Facult. juris Bero-  
licae Decanus; . . . lectorem b. certiorum facit de terminis  
lectioni cursoriae . . . et Dissertationem inauguralem  
Georg. Hieronymi Koch . . . praefixam.

17. Tengell, Ernestus Form.: De vidua defuncti mariti  
debita suscipiente, an gaudeat beneficio Ulri-  
ch. Vellij. et anth. si qua mater ?

18. Tengelinus, Ernestus, Facult. juridice . . . Decanus.  
Programma inaugurale, quo . . . invitatur ad  
audendam lect. cursivam . . . hacque finita  
dissertationem inaus. . . a Dominico Joh. Christopho  
Koenig . . . habendas.
19. Tengelinus, Ernestus: De consensu tacito.
20. Tengelinus, Ernestus, Facult. juridice . . . Decanus.  
Programma inaugurale, quo . . . invitatur ad  
audendam lect. curs. hacque finita diss. inaus.  
a H. Joanne Carolo Schmittio . . . habendas.
21. Zepper, Bernhardus: De interdictis et cumulatione  
petitorii cum possessione.

*[Faint, illegible handwritten text on a blank page]*







1727, 18  
FACULTATIS JURIDICÆ  
IN ALMA ET PERANTIQUA ELECTORALI  
UNIVERSITATE ERFORDIENSI  
DECANVS

37.

18

ERNESTVS TENZELL,  
JCTVS,

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIARIVS REGIM-  
NIS, JVDICII PROVINCIALIS ERFORDIENSIS ASSESSOR, AC DICTÆ CIVI-  
TATIS CONSVL PRIMARIVS,  
AD LECTIONEM CVRSORIAM

*Super L. 9. §. 7. ff. de Pecul.*

HACQVE FINITA

DISSERTATIONEM INAUGVRALEM  
DE RESTRICTA LIBERORVM  
DISPOSITIONE IN PECVNIA  
LVSTRICA,

A  
NOBILI ET CLARISSIMO DOMINO  
JOH. EHRENFRIED. KIRSTENIO,  
ADV. IMMATR. ET REV. CAP. VVURCENS. STND.  
ADJVNCT.

IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI  
D. XXI. AVGVSTI A. M DCC XXVII.

HABENDAS,  
OMNIVM ORDINVM AVDITORES DECENTER INVITAT,  
ET SIMVL QVÆSTIONEM

AN POSTARVM MAGISTRI  
ACTIONE EX RECEPIO  
TENEANIVR  
EXCVTIT.

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



\* \* \* \* \*  
On incongruum mihi visum est perpendere: An Postarum Magistri Actione exrecepto teneantur, cum Ddres hic in diversas abeant sententias, & quidam Affirmantium, quidam autem negantium subscribant opinioni; Duplex autem ex Recepto proponitur Actio in Edicto Pratoris, *t. ff. Nauta Caupones & Stabularii ut accepta restituant*, una pœ-

nalis, quæ datur ex quasi delicto, adversus nautas caupones & Stabularios, si furtum ab ipsis factum sit, quorum ministerio utuntur, vel qui habitationis causa in diversorio sunt, in duplum. *vid. L. 6. & 7. ff. Naut. Caup. & Stab. conf. L. un. ff. Furti adv. nautas Caup. & Stabular.* cum autem plurimi Ddrum Actiones pœnales in duplum cessare contendant, & licet dissentiat COCCEJVS in *Jure Cont. Civ.* tamen certum est, in foro non frequentari, vix est ut actionem pœnalem ex quasi delicto contra Postarum Magistrum instituere possis, cum altera sit honoratior, & detracto duplo idem ex ea consequi liceat; quod Edictum Pratoris abunde monstrat. *vid. L. 3. §. 5. Naut. Caup. & Stab. conf. L. un. §. 2. ff. Furti adv. naut. caup. & Stab.* Altera dicitur dari ex facto *L. 3. §. 1. ff. Naut. caup. & Stab.* unde Ddres solliciti sunt disquirere, an Actio ex quasi contractu detur, an saltem in factum pratoria, priori Sententiæ subscribunt quamplurimi, ex quibus allegasse sufficiet Dn. DE BERGER *Oecon. Jur. Lib. 3. tit. 6. §. 8.* LAVTERBACH. *Colleg. Theoret. Pract. ad tit. ff. Naut. Caup. &c. §. 9.* posterioris Sententiæ est, GERARDVS NOODT in *Commentar. ad ff. tit. Naut. Caup. & Stab.* STYPMANN. *de Jura marit. p. 4. c. 15. n. 267. & n. 315.* & imprimis Dn. BOEHMER in *Tractatu de Actionibus Sect. 2. cap. 7. §. 29.* qui dicit se exinde à communi recessisse opinione, quoniam verba: *quod cujusque salvam fore receperint*, in *L. 1. pr. ff. Naut. Caup. & Stab.* non nudum denotent factum, sed promissionem quandam involvant, idque ex Authoribus Classicis, & imprimis

primis CELLARIO in *Fab. Thes. voce recipere vult deducere. Sed* fallitur mirum in modum, quid enim ad nos Authores Classici, qui in describendis rebus, verbis quandoque luxuriarunt, sufficit quod hæc acceptio vocis recipere, ex ipsa refellatur Lege, vid. *L. 1. §. 6. Naut. Caup. & Stab. verb. At Prætor quod cuiusque salvum fore receperint, hoc est quamcumque rem, sive mercem receperint, non autem quod salvum fore promiserint, quod uberius indicat L. 5. pr. eod. verb. Naut. & Campo & Stabularius mercedem accipiunt, non pro custodia, deinde quoque tacitam adesse promissionem, ex facto ipso receptionis, quæ autem vera, non ficta sit promissio, pluribus defendit; sed si naturam quasi contractuum intueamur, vix est ut ab ea recedere Actionem ex recepto, statuere possis commoveri, in quasi contractibus enim eodem modo adest tacita obligatio, ex ficto autem solum a Lege consensu obligans, hinc factum receptionis solum, non obligaret Nautas caupones & stabularios, quod ejusmodi securitatem viatoribus præstent, quoniam mercedem plane pro custodia non recipiunt, *uti monstrant verba L. supra allegata, nisi accessisset fictio Prætoris ejusmodi consensum illis tribuens, deinde Dn. BOEHMER in Tr. all. Sect. II. cap. 6. §. 2. ex L. 46. ff. de O. & A. ipse concedit, quod adit quasi contractus, si obligatio ex ipso negotio figuram veri contractus habente, accedat, sic vix ejus sententia, ex vero Actionem ex Recepto descendere contractum, poterit stare. At concessis omnibus quod etiam ex vero Contractu hæc Actio possit derivari, nullum video ad applicationem, ejus usum posse redundare, nisi solum doctrinæ gratia hæc proferantur; sicut prolixè enim Imperator in tit. ff. Naut. Caup. & Stab. naturam totius negotii exposuit, ita ut ærtiori adstringi vinculo, antea nominati homines nequaquam possint, sive ex vero, sive ex quasi contractu obligentur. Sed nunc redeundum ad Questionem propositam, & demonstrandum, Actionem ex Recepto in tit. ff. Naut. Caup. & Stab. traditam, optimo Jure ad Postarum Magistros quoque hodie extendi: Deterrere equidem me ab instituto potuisset, tam illustriam JCtorum, & Luminum**

Jurisprudentiæ negativam defendentium farrago, utpote quorum rationes non levis ponderis, & minime spernenda; ast quoniam, non minoris quoque notæ, nostræ subscribunt sententiæ Jcti, æquitatis & utilitatis publicæ rationem, horum ingeniosis argumentis putavi præferendam. Inter negantes agmen ducunt HARPRECHT. in *Consultat. Crim. & Civil. Vol. nov. P. I. Consil. 30. qu. 1.* LAVTERBACH. in *tractatu synopt. de Naut. Caup. & Stabul.* PHILIPPI in *Dissertat. de Rbedis meritoriiis.* Quorum argumenta potiora saltem recensere volo. Maximam nempe putant esse disparitatem, inter Nautas caupones & Stabularios, & inter Postarum Magistros, & cum hæc Actio in odium antea nominatarum personarum sit introducta, uti verba quoque *L. 1. §. 1. ff. Naut. Caup. & Stab.* se habeant, ita ad alios qui non sub hoc edicto comprehendantur, non possit extendi, (uti odiosa Jcti semper restringenda esse moneant,) multo minus contra Postarum Magistros, utpote homines in dignitate constitutos institui. Et licet ab IMP. extensio in *L. 1. §. 4. ad Lyntrarios & exercitores ratiū* sit facta, tamen ulteriorem ultra verba admittere, omni careat fundamento. Porro in *Tit. Cod. de Cursu publico* permulta esse statuta, de veteribus Rhedariis &c. nec verbo quidem hæc constitutio ad hos esset extensa, quod si Imperatoris mens fuisset utique factum foret, & si hæc actio contra eos posset intentari, non videatur fundamentum cur altera debeat cessare, sc. pœnalis ad duplum, quam tamen nemo Ddum contra Postarum Magistros concedat. Hujusque generis plura, quæ B. L. ipse sât exasciata citatis in Libris potest inspicere. Ast hæc argumenta, licet videantur speciosa, tamen non fuere tanti, qui me communioem potuerint deterrere sectantem opinionem. Disparitatem enim maximam quam Ddres inter nautas Caupones & Stabularios, & Postarum magistros Rhedariosque tradunt, alii in dubium vocant. Stabularii enim Jure Romano fuerunt prapositioni Jumentorum publicorum, & Stabula ejusmodi receptacula animalium seu veredorum provincialium, uti id pluribus deduxit JACOBVS

7  
GOTHOFREDVS in Commentar. ad L. 34. Cod. Theodof. de  
Curfu Publ. & SALMASIVS de Vfuris c. 12. sic cum Jure  
Romano antiquo alii Postarum magistri non fuerint, quam  
ejusmodi Stabularii, differentia ratio non apparet, licet  
enim hodie quidam dignitate fulgeant, praesertim quibus su-  
prema hujus rei in Imperio nostro cura commissa, directo-  
rumque Postarum nomine insigniantur, tamen non omnes  
unius ejusdemque sortis sunt, & dignitas rem non mutat,  
nec causam ex qua obligati sunt, praesertim securitatem,  
& utilitatem publicam. Nec quia in Jure Codicis de Cur-  
soribus Publ. haec non sint repetita, statuendum, hinc Im-  
peratoris non fuisse mentem, quoniam Displicentiam suam  
per correctionem Juris ff. debuisset ostendere, quo non  
facto optimo vigore manebit; Deinde hac quoque con-  
stitutio non sola in odium Nautarum Cauponum & Sta-  
bulariorum ab Imp. publicata est, sed maximam in partem  
ob utilitatem & necessitatem publicam: dicit enim: *quia  
neesse est, plerumque eorum fidem sequi, & res custodia eorum  
committere, quae ratio optimo Jure ad nostros Postarum  
magistros & veredarios quadrat, si autem utilitas publica  
cum odio alicujus speciali concurrat, quis dubitabit utili-  
tatis publ. rationem esse praefendam* conf. DR. LEYSER.  
*Mediat. ad ff. Spec. 66. §. 3.* Haud absurdum quoque vide-  
tur argumentum ductum ab eo, quod nostris Postarum  
Magistris tantum pro transportatione pretiosarum mini-  
me solvatur, sed potius eum in finem ut securitatem praes-  
tent, quod plurimis in locis ordinationibus quoque Po-  
starum cautum: v. gr. Chur-Sächs. Post-Ordnung de Anno  
1693. verb. *Das der Post-Meister für mehr, als ihm angezeigt,  
zu stehen nicht schuldig, quod & repetitum im Chur-Sächs. Post-  
Amt Patent de A. 1705. & eam ob causam quando ad tale of-  
ficium constituuntur magistri Postarum, ad cautionem praes-  
standam quoque solent adstringi.* Subtiliori adhuc Judicii  
lance perpendendum est, Reipubl. & imprimis commerciis  
magnum imminere damnum, si ejusmodi homines non  
culpam & dolum suorum praestarent, & in omni casu ad so-  
lutionem adstringeretur, nisi damnum fatale ipsos excusa-  
ret,

ret; si enim ex locato conducto contra Postarum Magistros  
esset agendum, tunc probatio culpa suorum incumberet af-  
firmanti, quis autem scire omni tempore vel expiscari po-  
test, ubi illi quorum ministerio utuntur, hanc commiserint  
negligentiam, vel quomodo factum sit; optimum sic est ni-  
hil eos excusare quam casum fatalem, & hunc allegan-  
do quoque probare debere, qui enim lucrum immodi-  
cum cupit, illum & damnum sentire aequissimum; hoc  
quoque judicando securos esse Scabinos Hallenses vide-  
re licet apud AND. OCKEL *de Regali Postarum Juve cap. 8. th. 3.*  
Jenenses ap. Bar. DE LYNCKER *Cent. 4. Refol. 313.* Wittbergenses  
*Francof. & Rintelenses ap. STRYCKIVM de Act. forens. invest. sect. 1.*  
*memb. 9. §. 37. seqq.* Helmstadiensis apud Dn. LEYSER *Me-*  
*ditat. ad ff. Spec. 66. §. 3.* quorum Sententiam & Facultas  
nostra amplexa est *b. a. mense Aprilis, ad interrogat. Civitat.*  
*Imperial. Halensis in Causa Seuserhelden und Conf. contra den*  
*Post. Zalter und reichenden Zaller Bothen Schmide,*  
sequunturque adhuc plurimi, Dn. BOEHM. *in Tr. de Act. sect.*  
*2. cap. 7. §. 33.* Dn. DE BERGER *Oecon. Jur. Lib. 3. tit. 6. §. 8.*  
*Not. 3.* Dn. BARTH. *in Hodegeta forensi, & alii.* Ulterioris ad-  
huc digna hæc quaestio esset discussionis, sed eam alii oc-  
casioni reservo, & transeo ad illum cujus causa hæc dicta  
sunt

NOBILISSIMUM nempe ET CLARISSIMUM  
DOMINVM  
JOHANNEM EHRENFREDVM  
KIRSTENIVM  
Wurcena Misnicum

Qui primam hujus mundi lucem d. 2. Mart. 1700. Wurcena ad-  
spexit, Generatorem, Dn. ABRAHAMVM KIRSTENIVM, *Jurum,*  
*& Reverendi Capituli Wurcensis Syndicum meritissimum, Matrem*  
*VERO JOHANNAM JVDITHAM, Dni JOH. HENRICI VÖLCKELII,*  
*Hereditarii à Wedelwitz, & Praepositi praefecturae Dübenensis filiam,*  
natu majorem, parentes, adhuc in vivis existentes venera-  
tur.

tur. Hi igitur fundamentis pietatis præmissis, operam dederunt sedulo, quo filius eorum unicus ad studia accingeretur, quapropter hunc eum in finem privatissimis informationibus, jam beate defuncti Dni M. ROMANI TELLERI, *Reſtoris Scholæ Wurcenſis digniſſimi*, hujusque filii ejusdem nominis, & qui in parentis locum jam pridem ſucceſſit, tradiderunt. Creſcentibus vero annis, & poſitis ibi linguæ latinæ fundamentis, per quinque fere annos in Gymnaſium quod Grima floret Regium atque Electoralè, conſenſu amantiſſimorum Parentum A. 1716. ſe contulit, ibidemque Dn. M. GEORGIVM ERMELIVM, *Reſtorem*, Dn. M. HENRICVM AVGVSTIVM SCHVMACHERVM *Conrect.* Dn. M. JOHANNEM AVGVSTINVM EGENOLFF *Tertium*, & Dn. SAMVELEM JACOBI, *Colleg. IV.* celeberrimos atque clariſſimos habuit Præceptores. Poſteaquam autem à Præceptoribus jam prædictis, ſtudiis humanioribus quibus fideliter optimeque docendis omnem impenderunt operam, ſatis inſtructus fuit, ex voto Dni. Parentis ad altiora ſe applicavit, & in Academiam, quæ Lipſiæ floret celeberrimam Anno 1721. ſe contulit, ubi ſub manuſductione Dn. D. MÜLLERI, *I. V. D. & Præctici Lipſ.* curſum Philoſophicum abſolvit, & quoniam præ ceteris ſtudium juridicum ipſi arridebat, huic ſeſe in totum mancipavit, & tam theoreticis quam Præcticiſ collegiis ſequentium Excellentiſſimorum Juris Profeſſorum atque Directorum, ad urnas uſque nunquam ſatis devenerandorum, Dn. LÜDERI MENCKENII, *Facultatis Juridicæ Ordinarii & Profeſſoris excellentiſſimi pie defuncti.* D. JOH. FRIED. PHILIPPI *Facult. Jurid. Aſſeſſoris & Sen. pie def.* Dni. D. JOH. FLORENTIS RIVINI *Facult. Jur. Aſſeſſ. & Profeſſ. longe celeberrimi*, Dni. D. GEORGII ADOLPHI SCHVBARTHI, & Dni. D. DÜNCKLERI, nec non Dni D. BAVERI ſedulo interfuit. Hinc quoque factum eſt, ut publice è cathedra ſub Præſidio jam dicti Dni. D. BAVERI *Differtationem de concubitu matrimonii perfectione, ante copulam ſacer dotalem, haberit*, & deinde ab Illuſtri Facultate Juridica ad conſuetum examen admiſſus, ubi reſponſionibus ad quaſtiones propoſitas congrue datis, ita ſe præſtitit, ut ad agendas Advocati

ti partes dignum iudicatus, adeo, ut coram regimine  
Elect. Sax. Dresdensi specimine feliciter exhibito, con-  
sueto juramento, ad forum clementissime fuerit admittus,  
simulque in numerum Advocatorum receptus, & ad hoc  
usque tempus causas clientum in patria sua cum succes-  
su tractaverit; Quibus Advocati partibus adjunxit pariter  
& munus Not. Publ. Caesar. & cum a Dn. D. JOH. FRIEDE-  
RICO HÖCKNERO, *Jur. Prof. et Com. Palat. Caesar.* pro tali fuerit  
declaratus, a Regimine Elector. Saxon. Dresdensi. qua ta-  
lis etiam fuit immatriculatus, tandem vero a Reverendo  
Capitulo Wurcensi parenti suo devenerando substitutus.  
Quo autem majori cum dignitate muneribus sibi oblati  
praesert, haud ita pridem facultatem nostram accessit,  
petitque modeste, ut ipsi indicarentur, quo modo explen-  
dum esset officium ei, qui ad Jurium adspiraret dignita-  
tes. Nos cum nihil ipsi obesse deprehendimus, quo hone-  
nesto ejus desiderio annueremus, transmissimus non  
solum textus ex utroque Jure elaborandos, sed & diem  
Examini consueto rigorofo praefiximus; Praestitit autem  
in explicandis textibus non solum, sed & in ipso exami-  
ne se talem, qualem facultas nostra dignum iudicavit, qui  
ad ulteriora, & ipsum gradum Doctoralem admitteretur.  
Publicam hinc decrevimus ei aperiendam esse Cathedram,  
ex qua Lectionem Cursoriam ad L. 9. §. 7. ff. de Pecul. &  
hac finita Dissertationem inauguralem: DE RESTRICTA  
LIBERORVM DISPOSITIONE IN PECVNIA LVSTRICA,  
habebit, quod d. 21. Aug. fiet. Ad hos Actus solen-  
nes Magnif. Dn. Rector, Academiae Procures & cives, lite-  
rarum patroni & fautores, solenniter invitantur, rogan-  
tur, publ. sub Sigillo Facult. Jurid. d. 17. Augusti

M D C C X X V I I .

(L. S.)




ULB Halle  
005 355 63X

3







1727, 18

FACULTATIS JURIDICÆ

IN ALMA ET PERANTIQUA ELECTORALI  
VNIVERSITATE ERFORDIENSI

DECANVS

ERNESTVS TENZELL,

37.  
18

JCTVS,

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGUNTINI CONSILIARIVS REGIMI-  
NIS, IVDICII PROVINCIALIS ERFORDIENSIS ASSESSOR, AC DICTE CIVI-  
TATIS CONSVL PRIMARIVS,  
AD LECTIONEM CVRSORIAM

*Super L. 9. §. 7. ff. de Pecul.*

HACQVE FINITA

DISSERTATIONEM INAUGVRALEM

DE RESTRICTA LIBERORVM  
DISPOSITIONE IN PECVNIA  
LVSTRICA,

A  
NOBILI ET CLARISSIMO DOMINO

JOH. EHRENFRIED. KIRSTENIO,

ADV. IMMATR. ET REV. CAP. VVURCENS. STND.  
ADVNCT.

IN AVDITORIO JCTORVM MAJORI  
D. XXI. AVGVSTI A. M DCC XXVII.

HABENDAS,  
OMNIVM ORDINVM AVDITORES DECENTER INVITAT,  
ET SIMVL QVÆSTIONEM

AN POSTARVM MAGISTRARI  
ACTIONE EX RECEPTO  
TENEANIVR  
EXCVTIT.

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.